



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Religiosè ad somnum se componit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

quid me vult, paratissimum offero; si quid interrogat, interrogatum audio, verbulo vnico respondeo, & vel alterum superuacaneum adijcere caueo. Assueuerat eorum, qui obuiam sibi fiebant, Angelos custodes salutare, aut etiam Deum pro eis orare; interque prætereundum defunctus salutandi officio, spatij aliquantum se inter & occurfantem relinquere honoris causâ.

Consuetudo salutandi Angelos occurrentium.

Per omnem vitam nihil vniquam in eo notatum aut gestu solutius, aut signis lasciuus, aut verbo actiue contrarium puritati: cumque esset ingenio alioqui iucundo ac blando, hîc semper seuerissimus extitit. Atque vt gratiâ comitateque alliciebat omnes, ita singulari morum verecundiâ, castitatis amorem in animis intuentium excitabat: videbanturque ab oculis eius quidam quasi radij vibrari, quibus aspicientes ad castimoniam accendebat. Sui ipsius verò custodem egit circumspeditione ac seueritate tantâ, vt quem lecti locum, corporisque situm, in decumbendo, vesperi semel fuisset fortitus, eundem absque omni motu, seu frigus seu æstus esset, in auroram vsque tenuisse deprehenderetur. quem morem reliquo vitæ cursu constantissimè obseruauit. Priusquam in lecto se componeret, diuersas lecti partes his illisque Sanctis protectoribus suis assignabat. Inter hos

Admiranda castitas.

Seuera sui custodia.

Religiosè ad somnum se componit.

medium

medium collocabat, ad lectuli pedes, Christum cruci affixum; ut nempe manē, tam piæ imaginis recordatione expectatus, ad Christum honorandum, exosculandosque sacratissimos eius pedes commoueretur.

*Quibus
cum vitii
Religioso
pugnandum.*

*Stadium
rerum bene
gerendarum.*

*Quanta in
cibo potuque
abstinentia.*

Dicebat, aduersus tria præcipuè vitia Religiosis dimicandum esse; acediam, superbiam & gulam: acediam feruore, superbiam submissione, gulam temperantiâ superari. Cuiuscumque gerendæ rei cura illi incumberebat, in eam se dabat totum, perinde ac res quælibet longè omnium maxima fuisset, eaque sola administranda. Dicit omnino non potest, quàm modicis fuerit escis potationibusque contentus Ioannes. Non prius vquam mensæ recordabatur, quàm audito signo triclinij admoneretur; neque vquam potionis aut comestionis immoderatae conscientiam habuit. In triclinio, precatione religiosè peractâ, aliquanto post spatium quàm accubisset, quiescebat immotus, nihilque attingebat, sed mox porrectâ in mensam manu, illatum cibum instar communis cum Deo lancis in frustra carpebat, lautioribus Deo partibus asseruatis; statimque quàm citò alter missus inferebatur, lancem appositi prius ferculi dimittebat. Ratus eo interuallo tutius vescendi necessitatem definiri, quàm appetentiæ infatiatæ arbitratur. Affirmabat,
per